



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 vtrum peccet mortalites bona ecclesiastica pauperibus non erogando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

In response ad tertium eiusdem articuli, nota quod Dens dupliciter potest fieri pars mea. Vno modo respectu alterius partis meae alio modo, respectu alterius partis non meae. Et si primo Deus esset pars mea, esset compars alteri meae parti, puta, gloriae, fame, delectationi, diuitiis, vel alicui huiusmodi: sic fit Deo iniuria, dum amatur ut pars, quam minus amatur quam totum, ut in littera dicitur. Si vero secundo modo esset pars mea, tunc respectu mei esset totum, & haberet tantum rationem partis respectu partium alienarum. Verbi gratia. Cum hereditas diuiditur in multos, pars mea est totum quod ad me spectat, & esse pars respectu aliorum hereditaria in proposito in Deo, & vniuerso. Si Deus portio, seu pars mea est, ipse totum bonum meum est, & vocatur pars respectu aliorum bonorum, quae ab alijs appetuntur, & quae runtur. Vnde iuxta sensum hunc scriptum est. Dominus pars mea hereditatis meae, & pars mea Deus, & portio mea Dominus, &c.

Ad secundum dicendum, quod verba illa Domini possunt tripliciter intelligi. Vno modo mystice, ut non possideamus neque aurum, neque argentum, id est, ut predicator non innitatur principa liter sapientiae, & eloquentiae temporalis, ut Hieron. exponit. Alio modo, sicut Aug. exponit in libro de consensu Euangelii, ut intelligatur hoc Dominum non praecipiendo, sed magis permittendo dixisse. Permissum enim est ut absque auro, & argento, & alijs sumptibus ad predicandum irent, accepturi sumptus vitae ab his quibus praedicabunt. Vnde subdit. Dignus est enim operarius cibo suo. Ita tamen, quod si aliquis proprijs sumptibus vteretur in predicatione Evangelij, ad supererogationem pertineret, sicut Paulus de seipso dicit. I. ad Corinth. 9. Tertio modo, sicut quod Chrysostomus exponit, ut intelligatur illa Dominum praecipisse discipulis, quantum ad illam missionem, qua mittebantur ad praedicandum Iudeis, ut per hoc ex citarentur ad confidendum de virtute ipsius, qui eis absque sumptibus prouideret: ex quo tamen non obligabantur ipsi, vel successores eorum, ut absque proprijs sumptibus Euangelium praedicarent. Nam & de Paulo respectu ecclesiasticorum habet titulum dispensatoris, ut patet ex auctoritate Augustini in littera allata, quae habetur in Decretis 12. quae 2. differenter quoque conuenit utrorumque usus. Nam in vii proprium liber est, nec peccat, nisi sicut laicos peccare contingit in visu rerum suarum, scilicet ex parte affectus inordinati, ut in littera dicitur. Respectu autem ecclesiasticorum non est liber, sed obligatus ad creditam sibi dispensationem fideliter exequentiam. Et hinc oportet, ut in littera sit, distinguendo colligere, & colligendo distinguere ex littera, quod tripliciter inuenitur ecclesiastica bona commissa esse fidei episcopi. Primum, sunt bona quandoque communia, quae ex iure distincta inueniuntur in quatuor partibus, prout antiquitus erant. Et tunc seruanda est regula, quae in littera ponitur, & habetur ex multis capitulis Decretorum 12. q. 2. & de vi in littera, peccat mortaliter episcopus usurpando sibi aliquid portioni alius debitam. Et multo magis peccat, si non solum ex iure, sed de facto distincta bona usurpat sibi, ut si praebendam canonicis, aut portionem deputatam fabricae, aut bona hospitali sibi usurparet. Secundum, committitur episcopo dispensanda portio sua, & respectu huius dicitur in littera, quod in visu non peccat, nisi sicut respectu propriorum. Ex parte affectus. Tertio, committitur quandoque episcopo dispensando annuus redditus distinctus a praebendis clericorum, & redditus hospitalium, ut hodie communiter inuenitur. Et tunc difficultates tam circa visum, quam circa restitutionem tertio loco propositam, insurgunt.

¶ Nam respectu propriorum clarum est, quod etiam si illis abutitur, non tenetur ad restitutionem. Et per oppositum respectu ec-

clesiasticorum tam communium, quam distinctorum, si sibi aliquid usurpat, clarum est, quod tenetur ad restitutionem. De portione autem sua, si abutitur, non tenetur restituere, sicut nec cum abutitur proprijs, quoniam simile est iudicium de vtriusque.

¶ Est ergo primo quaestio, An episcopus habens redditus suos distinctos a praebendis clericorum, tenetur ad dispensandum illos in aliquas portiones, puta, partem unam pro fabrica, & partem unam pro pauperibus: an suo reliquatur arbitrio dispensatio.

¶ Secunda, Antialis infidelis dispensator tenetur ad restitutionem. Est autem primi dubii ratio, quia ex quo bona episcopi dispensatione commissa, sunt distincta a portionibus debitis pauperibus, & fabricae, consequens videtur, quod fidei episcopi relicta est distinctio reliquarum portionum, ac per hoc tenetur ad istas distinctiones. In oppositum autem est, quia huiusmodi redditus videtur principaliter ordinatus ad sustentationem episcopi. Et sicut praebendae clericorum succedunt portioni clericis debita, ita hospitalia succedunt portioni pauperibus debita, &c.

¶ Secundi vero dubii ratio est, quia auctoritas in littera quando bona commissa fidei episcopi sunt indistincta, nihil dicit de restitutione immo in quolibet articulo 12. dicit quod quando redditus principaliter ordinatur ad sustentationem ministrorum, ut sunt praebendae clericorum, non tenetur ad restitutionem. Cōstat autem, quod redditus episcopi est sicut praebenda illius. In oppositum autem est, quod sequeretur, quod meretricibus, & consanguinei dicitur ab episcopis prodige continentibus redditus suos, non possent cogi ad restituendum ecclesiae, quod valde absurdum est.

¶ Ad primum harum quaestionum dicitur distinguendo, quod redditus episcopales aut sunt tenues, ita quod non sufficiant pro subsidio episcopi: aut sunt mediocres, ita quod sufficiunt, & parum abundant, aut sunt abundantes nobiliter supra ad quod necessarium est ad sustentationem episcopi. Et si primo, aut secundo modo se habent, cum consistit quod principaliter ordinatur ad episcopi sustentationem, idem videtur de redditibus istis iudicium, quod de praebendis clericorum, ita quod quia quod parum superabundat, pro nihilo a iure copuratur, ideo iura de distributione in tot reliquis partibus, scilicet: pauperum, & fabricae, non videtur habere locum in istis, & propterea non obligantur tales episcopi ad huiusmodi distributionem. Si autem redditus sunt pingues, & abundantes, ita ut in sapientis animam cadere non possint, quod sunt episcopi, assignati pro eius sustentatione, tunc tenetur episcopus duas quartas ad minus distribuere iuxta dictos canones in pauperes, & ecclesiae fabricam, seu suppellectilem, &c. Et ratio est, quia ex hoc, quod clerici habent sortem suam portionem, non est subtracta a iure pauperibus portio illi debita ex iure: & similiter non est fabricae subtracta a iure portio illi ex iure debita, sed bona episcopalia remanent affecta tali iuris dispositione.

¶ Secundae Secunda S. Tho. ILL 4 tione

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum episcopi mortaliter peccent, si bona ecclesiastica, quae procurant, pauperibus non largiantur.

Ad septimum sic proceditur. ¶ Vbi, quod episcopi mortaliter peccent, si bona ecclesiastica, quae procurant, pauperibus non largiantur. Dicit enim Ambrosius exponens illud Luc. 12. Hominis cuiusda diuitis uberes fructus ager attulit. Nemo proprium dicat, quod est commune, plusquam sufficiat sumptui, uiolenter obtentum est. Et postea subdit. Neque minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundas, de-

sustentationem ministrorum, ut sunt praebendae clericorum, non tenetur ad restitutionem. Cōstat autem, quod redditus episcopi est sicut praebenda illius. In oppositum autem est, quod sequeretur, quod meretricibus, & consanguinei dicitur ab episcopis prodige continentibus redditus suos, non possent cogi ad restituendum ecclesiae, quod valde absurdum est.

¶ Ad primum harum quaestionum dicitur distinguendo, quod redditus episcopales aut sunt tenues, ita quod non sufficiant pro subsidio episcopi: aut sunt mediocres, ita quod sufficiunt, & parum abundant, aut sunt abundantes nobiliter supra ad quod necessarium est ad sustentationem episcopi. Et si primo, aut secundo modo se habent, cum consistit quod principaliter ordinatur ad episcopi sustentationem, idem videtur de redditibus istis iudicium, quod de praebendis clericorum, ita quod quia quod parum superabundat, pro nihilo a iure copuratur, ideo iura de distributione in tot reliquis partibus, scilicet: pauperum, & fabricae, non videtur habere locum in istis, & propterea non obligantur tales episcopi ad huiusmodi distributionem. Si autem redditus sunt pingues, & abundantes, ita ut in sapientis animam cadere non possint, quod sunt episcopi, assignati pro eius sustentatione, tunc tenetur episcopus duas quartas ad minus distribuere iuxta dictos canones in pauperes, & ecclesiae fabricam, seu suppellectilem, &c. Et ratio est, quia ex hoc, quod clerici habent sortem suam portionem, non est subtracta a iure pauperibus portio illi debita ex iure: & similiter non est fabricae subtracta a iure portio illi ex iure debita, sed bona episcopalia remanent affecta tali iuris dispositione.

¶ Secundae Secunda S. Tho. ILL 4 tione

¶ Secunda, Antialis infidelis dispensator tenetur ad restitutionem.

¶ Secundi vero dubii ratio est, quia auctoritas in littera quando bona commissa fidei episcopi sunt indistincta, nihil dicit de restitutione immo in quolibet articulo 12. dicit quod quando redditus principaliter ordinatur ad sustentationem ministrorum, ut sunt praebendae clericorum, non tenetur ad restitutionem.

In cr. 8. d. e. clinando ad l. 6. to. 4.

Rodē loco nunc dicitur.

tionem antiqua, & sancta, ita q̄ quomamodum q̄n erant communia ecclesiastica bona his quatuor. scilicet episcopo, clero, pauperibus, & fabrica, commissa erant episcopo cum vinculo, & debito talis distributionis: ita excluso vno membro. scilicet clero a tali obitate, quia iam habens proprias prebendas loco suar portionis, remanent bona

episcopalia communia reliquis tribus; ita q̄ pauperibus remaneat debita quarta portio, quae prius eis debebatur, & ecclesiae fabricae similiter sua quarta portio. Videtur tamen quod in casu necessitatis pauperum, possit portio ecclesiae fabricae non multum indigentibus pro pauperibus dispensari. Et hoc videtur Augustinum servasse, qui fabricis vacare horrebatur, & principalis intentio iuris ad fabricas viuas referretur. Nec obstat, si dicatur, quod iura illa sunt per contrarium consuetudine abrogata, sciente tamen tempore Romano Pontifice, & non reprehendende, quoniam non consuetudo, sed abusus est. Et similiter multa per patientiam tolerantur, quae si ad iudicium deducerentur, arguerentur.

Rursus, dato quod iura illa abrogata essent quo ad id quod iuris est positum, hoc est, quo ad quotam portionem, puta, quartam: non tamen possunt abrogari quo ad id, quod est iuris divini, hoc est, quod sint episcopi patres pauperum, & templorum suorum reparatores quo ad fabricam, & suppellectilem. Et propterea nulla ratione a fidei distributione pro subventionem vitiorumque excusantur, dato quod excusentur a quota. Quod & sustineri posse videtur, & crediderim ego esse verum, quia iura illa ad statum antiquum ecclesiae, in qua vivebant clerici in communi, directe respiciunt. Et per hanc rationem ad obiecta pertinet. Ad secundam questionem dico, quod redditus decimae &c. episcopalia bona, dupliciter possunt iudicari vel ut propria, vel ut communia. Si iudicentur quasi propria ut prebendae clericorum, sic quantum

In hoc loco & sa. 3. to. 5.

Habetur 1. q. 2. c. Clericos, & 16. q. 1. ca. 949. in ap.

Epi. 50. inter med. & fin. to. 5.

F cumcunque pingua sint, non tenentur ad obsequium, sed qualitercumque illa continentur, & quibus prodige data sunt. Sicut homo videtur supra statum iurum, si non datur superflua, quae precepti tenentur pie exponere, sed potius

priatum possidemus quod nobis sufficit, non illa bona nostra sunt, sed illorum quorum procuracionem gerimus, non propria tem nobis usurpacione danabimur uendicemus. Ad dispensacionem autem requiritur bona fides, secundum Iud. 1. ad Corinth. 4. Hic si queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Sit autem bona ecclesiastica non solum in usus pauperum, sed et ad cultum diuinum, & necessitates ministrorum expendenda. Unde dicitur 2. q. 2. De redditibus ecclesiae, uel oblatione fidelium, sola episcopo ex his una portio mittitur, duae ecclesiasticis fabricis, & erogationi pauperum profuturae ad presbytero sub periculo sui ordinis ministrantur, ultima clericis pro singulorum meritis diuidatur. Si ergo distincta sint bona, quae debent in usum episcopi cedere, ab his quae sunt pauperibus, & ministris, & cultui ecclesiae eroganda, & illi quid sibi retinuerit episcopus de his, quae sunt pauperibus eroganda, uel et in usum ministrorum, aut in cultum diuinum expendenda, non est dubium, quod contra fidei dispensacionis agit, & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. De his autem, quae sunt specialiter suo usui deputata, ut ecclesiam, quae est de propriis bonis uti. propter immoderatum affectum, & utrum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & alius non subueniat, sicut requirit debita charitatis. Si uero non sunt praedicta bona distincta, eorum distributio fidei eius committitur, & si quidem in modico deficiat, uel superabundet, potest hoc fieri absque bonae fidei detrimento, quia non potest homo in talibus praedictis accipere illud quod fieri oportet. Si uero sit multus excessus, non potest latere, unde uis bonae fidei repugnare, & ideo non est absque peccato mortali. Dicitur in Mattheo 24. q. si dixit malus seruus in corde suo, Moram se cit Dominus uenire, quod pertinet ad diuini iudicii contemptum, & cooperit percutere seruos suos, quod pertinet ad superbiam: manducet autem, & bibat cum ebriosis, quod pertinet ad luxuriam, ueniet dominus serui illius in qua die non sperat, & diuidet eum. scilicet a societate bonorum, & partem eius ponet cum hypocritis, scilicet in inferno.

negare indigentibus: sed uolenter tollere alienum, est peccatum mortale. ergo episcopi mortaliter peccant, si ea quae eis supersunt, pauperibus non largiantur.

¶ 2. Praet. Super illud Ila. 3. Rapina pauperum in domo uestra, dicit glo. * Hier. q̄ bona ecclesiastica sunt pauperum: sed quicquid que id quod est alterius, sibi reseruat, aut alijs dat, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. ergo si episcopi bona ecclesiastica, quae eis supersunt, sibi retineant, uel consanguineis, uel amicis largiantur, uidetur quod teneantur ad restitutionem.

¶ 3. Praet. Multo magis aliquis potest de rebus ecclesiae ea, quae sibi sunt necessaria, accipere, quam superflua congregare: sed Hiero. dicit in epist. ad Damas. Papam. * Clericos illos conuenit stipendijs ecclesiae sustentari, quibus parentum & propinquorum bona nulli suffragantur. Qui autem bonis parentum, & opibus proprijs sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium committunt, & incurrunt. Unde & Apo. dicit. ad Timoth. 5. Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, & non grauetur ecclesia, ut his, quae uere uiduae sunt, sufficiat. ergo multo magis episcopi mortaliter peccant, si ea, quae eis supersunt de bonis ecclesiasticis, pauperibus non largiantur.

SED CONTRA est, quod plures episcopi ea, quae supersunt, non largiuntur pauperibus, sed expendere uidentur laudabiliter ad reditus ecclesiae ampliandos.

RESPON. Dicendum, quod aliter est dicendum de proprijs bonis, quae episcopi possidere possunt, & de bonis ecclesiasticis: nam propriorum bonorum dominium habent. Unde ex ipsa rerum conditione non obligantur, ut eas alijs conferant: sed possunt eas, uel sibi retinere, uel etiam alijs pro libito largiri. Possunt tamen in earum dispensacione peccare, uel propter inordinacionem affectus, per quam contingit, uel quod sibi plura conferant, quod oporteat, uel alijs et non subueniant, secundum quod requiritur debitum charitatis. Non tamen tenentur ad restitutionem, quia homini res sunt eorum dominio deputatae; sed ecclesiasticorum bonorum sunt dispensatores, uel procuratores. Dicit enim Aug. ad Bonifacium. * Si

dantur redditus ex ecclesiasticis decimis, aut possessionib. & huiusmodi constant. cōmissa sunt episc. ut patribus pauperum. Et de decimis quidem probatum est superius, qd iniqua esset lex decimarum in nouo testō, si ultra honorabile stipendium ministrorum Dei habitis vniuersale dominium, tanta rerum affluentia vni deputaretur cum damno totius populi, nisi vt patri pauperū. Possessiones autē legatę, aut donatę ecclesię cathedrali in tanta abundantia, proculdubio credendū est, qd vt patri pauperū epi creditę sint. Iō enim episcopi dantur, quia oculata fit esse pericula eos esse patres pauperū: & hæc vt fuisse rō tantū augumentū. Si vero redditus magni debentur epi ex temporalī dominio, qd scilicet epi in eo qd epi, est dominus in temporalib. alicuius ciuitatis & oppidorum, & ex dominij temporalis redditib. diuis est, alia vt rō: quia oportet qd non solum vt episcopus, sed vt dīspendat, tenendo exercitium pro defensione patrię, & habēdo thesaurū, ne impugnetur patrię, ita qd tūc dextera oculis ad cōsuetudinem patrię sibi debita, respicere dēt: sinister autē ad pauperes, qm temporale dominium datū est ecclesię principaliter ad ecclesię honorem, simul & auctoritatē, & post honorem Dei, propter bonum commune ipsi dominij, sicut datū erat domino seculari, & secundario vt exinde elemosinę fiant pauperibus. Quocirca tales epi in illis solis casib. tenentur, in quibus domini seculares tenebantur ad restitutionem.

Ad obiecta ergo in oppositum dicitur, qd locus ab auctoritate negatiue, infirmus est. Et forte ideo auctor tacuit de restitutione, quia non est vna & eadem semper ratio, quando bona sunt indistincta, quia quandoque se habent vt propria, & quandoque vt communia, vt patet ex dictis. Ad id verò quod in quolibet dicitur, respondetur quod intelligitur quando redditus episcopi se habent ad ipsum vt præbenda etiam pinguis, non autem quando tam notabilis est excessus, vt non cadat in animo sapientis quòd non pro honorabili statu episcopi sine dote diuitię tantę. Ad id verò quod de exactione a mercatoribus &c. obijciunt, patet responsio ex dictis.

In eodem ar. 7. in rōne ad primum, dubium occurrit. Circa illud, Non potest determinari quomodo sit ista necessitas, quæ obligat ad mortale peccatū: quia constat ex superius in quæst. 32. dictis, qd ista necessitas est determinata, scilicet quando est extrema. Si ergo necessitas extrema est, quæ obligat ad peccatū mortale, quomodo autem dicitur, qd non potest determinari quomodo sit ista necessitas? Ad hoc dicitur dupliciter. Primum, qd verba literę istius intelligenda sunt de necessitate extrema in particularibus. Vnde subdit, Sicut nec cetera particularia, quæ in humanis actibus considerantur. Superius autem necessitas determinata est in communis, quòd est extrema. Secundo dicitur, & magis ad mentem auctoritatis Ambrosij, qd verba literę istius intelliguntur in casu, quo quis habet de superfluo natura & persona, hoc est, sta-

beret patrimonialia bona, de quibus viuere possit. Ad quartum dicendū, quòd bona ecclesiariū usibus pauperū deservire debent. Et ideo si quis necessitate non imminente, prouidendi pauperibus de his qd in perfluū ex prouentib. ecclesię, possessiones emat, uel in thesaurō reponat in futurū utilitati ecclesię, & necessitatib. pauperū laudabiliter facit. Si uero necessitas imminet pauperib. erogandi, superflua cura est & iordinata, vt alij in futurū conferuet: qd dñs prohibet Matth. 6. dicens, Nolite solliciti esse in crastinū.

Articulus VIII. Vtrum religiosi, qui promouentur in episcopos, teneantur ad obseruantias regulares. Ad octauum sic procedit. Vt, quòd religiosi, qd promouent in epos, nō teneant ad obseruantias regulares. Dñs enim 18. quæst. prima, quòd monachum canonicę electio a iugo regulę monasticę professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho epi facit: sed obseruantia regulares pertinent ad iugum regulę, ergo religiosi, qd in epos assumuntur, non tenentur ad obseruantias regulares. ¶ 2. Præter. Illeg ab inferiori ad superiorem gradum ascendit, nō vt tenent ad ea quę sunt inferioris gradus, sicut supra dictū est, *

eo, qd præbenda se habet vt proprium clericis, vel epi bonum. ¶ In responsione ad quartum videte, qui augendis ecclesiariū prouentibus tam laudabiliter creditis vos vacare, tabescentibus pauperibus, & vtrinaq; non arcescentibus, qm peccatis iuxta auctoris sententiam, tot pauperes puellas nobiles, tot pauperes ciues, pupillos, orphanos, viduasque possidendo.

Super Quæstionis 185. Articulum octauum. In ar. 3. eiusdem quæst. dubia duo occurrunt de episcopis religiosi. Alterum, de quibusdam regularibus actibus in specialibus: alterum de modo vinculi. Est igitur primo dubium, An religiosus factus episcopus teneatur ad habendum socium sui ordinis, & b. benedictum cum duabus manibus, & similibus. Et est ratio dubij, quia hæc non impediunt officium pontificale: & propterea videntur ad hoc teneri. In oppositum autem est, quia hæc dissonare videntur ab episcopali dignitate. ¶ Dubium deinde est, An subdatur vinculo præcepti, vel cęsurę ecclesiasticę in infirmitate regulę posito. V. g. si in regula ieiunium feruē iuxta statum sub præcepti, aut cęsurę ecclesiasticę vinculo, an factus epi subiectus sit vinculo præcepti, vel cęsurę illius, ita qd si transgrediat, peccet mortaliter, vel sit excōicatus. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd subdatur huiusmodi vinculis, quia ex quo subditur statum, subditur etiā vinculo statum. Eiusdem siquidē rationis est, qd aliquis

Sup. q. 38. ar. 17. ad 4. & 4. dicit. 38. q. 1. artic. 4. n. 1. ad 5. 18. q. 1. cap. statutum.

38. ar. ca. ad 1.

Super Quæstionis 185. Articulum octauum. In ar. 3. eiusdem quæst. dubia duo occurrunt de episcopis religiosi. Alterum, de quibusdam regularibus actibus in specialibus: alterum de modo vinculi. Est igitur primo dubium, An religiosus factus episcopus teneatur ad habendum socium sui ordinis, & b. benedictum cum duabus manibus, & similibus. Et est ratio dubij, quia hæc non impediunt officium pontificale: & propterea videntur ad hoc teneri. In oppositum autem est, quia hæc dissonare videntur ab episcopali dignitate. ¶ Dubium deinde est, An subdatur vinculo præcepti, vel cęsurę ecclesiasticę in infirmitate regulę posito. V. g. si in regula ieiunium feruē iuxta statum sub præcepti, aut cęsurę ecclesiasticę vinculo, an factus epi subiectus sit vinculo præcepti, vel cęsurę illius, ita qd si transgrediat, peccet mortaliter, vel sit excōicatus. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd subdatur huiusmodi vinculis, quia ex quo subditur statum, subditur etiā vinculo statum. Eiusdem siquidē rationis est, qd aliquis